



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Quae Iudaeis acciderunt mala. Cap. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## HAYMO DE CHRISTIA.

**T**Vnc Marcus scribit euangelium hac occasione: Cum sola Petri auditio nō sufficeret magna eū audientibus auiditate, magnis precibus rogant Marcum discipulum eius, vt prædicationem scripto cōmendaret memoriæ. Clemens in vi. dispositionū libro: Petrus vero vt religioso se spoliatum comperit furto, delectatus est, factumq; confirmavit in perpetuo, legendum ecclesijs tradit. Postmodum vero Marcus hoc idem euangelium apud Ægyptum missus à Petro prædicat, & primus apud Alexandriam leuatur in episcopum, vbi multos lucratur populos, magnæ sobrietatis & continentię exemplo. Interea Paulo apostolo ab Hierusalem in circuitu, & vsq; ad Illyricum prædicante, Claudius imperator Iudæos tumultuantes vrbe depellit. Tunc Aquila & Priscilla cū cæteris expulsis, veniūt in Asiam, ibiq; cohæret Apostolo, ecclesiæ fundamenta iacenti.

### IOSEPHVS, QVAE IVDÆIS is acciderunt mala. Cap. XXIII.

**T**Vnc vero Agrippa apud Hierosolymā regnante, procuratore vero prouinciæ Felice, Claudio adhuc in imperio perdurante, tanta Iudæis accidit mala, vt ipso die Paschæ seditiōe exorta, de his solis qui in foribus ecclesiæ constipatione populi mortui sunt, triginta milia computentur, vbi & Ionathas pontifex interficitur. Ea tempestate Ægyptius quidam magus & arte magica simulās se esse prophetā, ex omni parte congregans Iudæos, promittens eis libertatem antiquam & liberationem ciuitatis suę, eorum auxilio fretus per desertum venit vsq; ad montē

## RERVM MEMO. LIB. II.

Oliueti, sed conatus eius preuenit Felix, & congressio-  
ne facta cum armis, Aegyptium quidem fugat, alios  
vero vel perimit vel capit, vsq; ad triginta octo milia  
virorum.

### MORS CLAVDII IMPERA- toris. Cap. XXV.

**I**Nterea Claudio tredecim annis & octo mensibus  
functo imperio, Nero suscipit principatum. Hic  
Festum mittit in Iudæam, vt succedat Felici, apud  
quem Paulus causa dicta vincetus Romam mittitur,  
Aristarcho comitante, & biennium in libera manet  
custodia. Post hoc ad prædicandum dimittitur, non-  
dum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de  
eo narrant historiæ, sed adhuc dispensatione diuina,  
clementius agente, vt interim compleretur prædica-  
tio Pauli, & scriberentur eius epistolæ, vel ad perso-  
nas, vel ad capita prouinciarum, vel ad fidei solidita-  
tem, vel ad decorem euāgelij, deniq; ad totius eccle-  
siæ vtilitatem.

### DE MARTYRIO IACOBI, fratris domini. Cap. XXVI.

**I**gitur post Paulum Romam transmissum viden-  
tes Iudæi frustratas esse insidias, quas ei intenderāt,  
ad Iacobum fratrem domini & Hierosolymorū  
episcopum conuertuntur ad vindicandum. Tunc ex-  
petunt ab eo abnegationem Christi. At ille libera  
voce coram omni populo Christum esse filium Dei  
confitetur. Tunc de pinnate templi deiectus ab impijs  
Iudæis, orans super genua sua, etiam pro lapidantib⁹,  
 tandem fullonis vecte percussus, occubuit xxx. epi-